



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Idem de gestis Pontificum Anglorum lib. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

¶Villielmus Malmesburiensis de gestis Regum
Anglorum lib. 3.

Sed quia Fuldense Cœnobium nominaui, dicam quod ibidem Fulda ce-
lebre est
in Ger-
mania
Benedi-
ctinorum
Mona-
sterium. accidisse vir reuerendus mihi narravit, Walkerius Prior Mal-
ueriae, cuius verbis qui non credit, iniuriam religioni facit.

Non (ait,) plusquam quindecim anni sunt, quod in eodem lo-
co, exitialis lues grassata, prius Abbatem corripuit, mox multos mo-
nachorum extinxit; superstites primò sibi timere, orationes & elec-
mosynas largiores facere, sed processu temporis, ut omnium homi-
num natura, pedetentim metu dempto omittere: Cellerarius præser-
tim qui palam & ridiculè clamitaret, non posse penum tot expensis
sufficere; sperasse se nuper aliquod alleuiamentum, pro tot elationi-
bus funerum, nihil ultra spei esse, si quod viui nequissent, mortui con-
sumerent. Itaque cum quadam nocte propter necessaria soporem di-
stulisset diu, tandem elaqueatis morarum retibus, in dormitorium
ire pergebat. Et ecce rem miram auditurus es. Vider in Capitulo
Abbatem, & omnes qui obierant, illo anno, ex quo excesserant, or-
dine sedere: timidus & effugere gestiens, vi retractus est. Increpitus
& monastico more flagellis exercitus, audiuit verba Abbatis in hanc
omnino sententiam: Stultum esse de alterius morte emolumento
inhiare, cum sors cuiusque sub eodem pendeat fato. Impium esse
cum Monachus omnem vitam in Ecclesia consumpscerit obsequio,
ut careat saltem vnius anni post mortem stipendio. Illum citissime
obiturum; sed quidquid pro eo fieret, ad aliorum quibus abstulerat,
refundendum commodum, iret modò, & alios corrigeret exemplo,
quos corruperat verbo. Abiit ille, & nihil se vanum vidisse tam re-
centibus plagis, quam proximo sui obitu monstrauit.

Idem de gestis Pontificum Anglorum lib. 2.

Interea tabes letifera grassata in Danos, cateruatim hostes Elphe- Festum
gi (fuit hic sanctus, Archiepiscopus Cantuariensis) fundebat, eius po-
adè vt celeritas mortis, præuenire sensum doloris. Putor itaq; nitur in
cadaverū insepulchorum, aërem infecit, corruptiorq; cæli tractus, Rom 19.
eeteris qui sani videbantur, pestē creauit. Rueban ergo sine modo, si Aprilis,

110 DIARIUM ECCLESIASTICVM.

ne numero : cum ille exoratus pane a se benedicto communicatis pestem depulit, salutem restituit. Nec minus illi beneficiorum integrati, curatorem suum lapidibus contrucidarunt. Nonnulli vero quibus sanus consilium, de sepeliendis exujs Pontificis contendentes, aliquamdiu percussores, aduersarios habuerunt. Sed lite in iudicium deducti, conuenit, ut lignum aridum, quod sors obtulerat, si sanguine eius litum, crastino reuiresceret, arbitratu suo Christiani cadaver humarent. Factumque est, & lignum, cui tum etiam & cortex deerat, mane inuentum reuiruisse, pubescens floribus, turgescens fructu.

Ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. *Isiae 66.*

Pelbartus Osvvaldus Temesuariensis Ord. Minor. in stellario Coronae Mariana. Claruit circa annum 1500.

Non puerum, qui in peste cum se sentiebat infectum, novem vicibus cum Ave Maria apostematis locum consignauit; & sic saepius liberatus est, nec umquam ei pestis praelauuit.

F I N I S.